



## **Crisis Theologica**

In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,  
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi  
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

**Casnedi, Carlo Antonio**

**Ulyssipone, M.DCCXI**

§. II. Amplector negantem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84777](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84777)

N. cessitatis: eo modo, quo Decretum Pij V. prohibens Monialibus egressum præterquàm in casu magno incendij, vel gravis infirmitatis, ex gr. lepre, exponitur per verba universalialia prohibentia, *sub quovis alio pretextu*, & P. Azor, occasione egressum; & tamen P. Azor, & Navar. P. Moy. concedunt Monialibus egressum in casu extremæ necessitatis; & ratio est; quia leges humane non tam pressè obligant, ut mortis periculum subire cogamur; & ideo plura in extremâ necessitate licent, quæ alias non licerent: ergo idem in casu nostro. Similiter confirmari potest ex eo, quia Decretum Innocentij XI. dicit, statuit, ac decrevit *pro nunc* sequentes propositiones damnare; & Decretum Alexandri VII. utitur particulâ *interea*, quæ æquivaleret ac *interim*, vel *pro nunc*, aut *rebus sic stantibus*, ut notant Jurisperiti apud P. de la Fuente *disp. 1. qu. 5.* ergo lex Pontificia eas damnans subjacet mutationi, seu non est perpetua, hoc enim significat *to pro nunc*.

## §. II.

Amplector negantem.

## SUMMARIUM.

Verba Innocentij attentè consideranda, n. 42.  
 Quid ex illis constet? ibid.  
 Præfens quæstio est valde affinis illi, an Deus in septem ultimis Decalogi præceptis dispensare possit? n. 43.  
 DD. tuentes posse, n. 44.  
 DD. communiter hoc negant, quod directè, sed indirectè tantum, ibid.  
 Dispensatio directâ, & indirectâ, quid? n. 45.  
 Applico hoc nostræ quæstioni, n. 46.  
 Recta ratio est uxor adolescentiæ ex S. Hier. ib.  
 Objecta Decreti, alia sunt pro omni casu, alia non nisi ut sub tali circumstantiâ scandalosa, n. 47.  
 Solvo argumenta, quod Deus in naturæ lege dispensavit, n. 49.  
 Numquam licet praxis scandalosa retentâ scandalali circumstantiâ, licet dimissâ, n. 50. 51.  
 Rationes n. 52. ad 58.  
 Paritas ex alijs legibus Pontificijs inutiles, n. 53.  
 A nullo Decreto Pontificio legislativo simul, & declarativo fieri potest exemptio: potest a puro legislativo. Cur? Ibid.  
 Nulla damnata assignari potest, quæ urgente necessitate sit practicabilis. Inductio, n. 56. 57.  
 Nullus Doctor stat pro opposita, n. 58.  
 Non est contra pietatem Ecclesiæ, ut numquam licent ex objecto illicitum, n. 59. 60.  
 Discrimen inter leges Pontificias vetantes indifferens, & Decreta declarativa, n. 61.  
 Finitis prohibitionis numquam cessare potest, n. 62.

DD. tuentes cessare legem, cessante ejus sine in particulari, ibid.

Decretum Clementis VIII. circa absentis absolutionem, n. 63.

Ly tunc, & interea, an legem declarativam Papa velit non esse æternam, n. 64.

**A**ntequam, quod sentio, exponam, N. præmitto primò verba Decreti Innocentij attentè consideranda; ait enim in proœmio: *SS. D. N. re maturè consideratâ, statuit, ac decrevit, sequentes propositiones, & unamquamque ipsarum, sicut jacent, ut minimum tanquam scandalosas, & in praxi perniciosas, esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat ac prohibet.* In fine autem loquens de praxi, ait: *Prohibet omnibus... ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.* Ex his verbis constat primò, hoc Decretum non esse purè legislativum, sed priùs est declarativum, deinde prohibitivum. Secundò constat opiniones non esse scandalosas, quia prohibitas, immò fuisse prohibitas, quia scandalosas; nam priùs declarat esse scandalosas, dein eas prohibet. Tertio constat damnare, & prohibere tanquam scandalosas, *sicut jacent*, quare si aliter sumantur, ac jacent, & tali modo, sive per detractiorem, sive per additionem mutantur, ut non retineant rationem scandali, eò ipso sicut tunc non sunt amplius propositiones, quæ fuerunt damnatæ, sed sunt diversæ, & aliæ non damnatæ, ita qui eas praticat, non praticat damnatas, sed diversas à damnatis, in quo, ni fallor, æquiyocatus est Torrecilla. Quarto constat, eò ipso quòd Decretum est prohibitivum, eò ipso exponitur per negationem; negatio autem est malignantis naturæ, & negat universaliter omnia, quibus præponitur. Quintò constat Decretum damnare, & prohibere non tantum omnes collectivè sumptas, sed etiam quamlibet ipsarum singularim sumptam; & non tantum prohibere praxim omnium, sed singularum. Sextò constat Decretum, tum quâ legislativum, tum quâ prohibitivum, uti verbis universalibus negativis, nullâ adjectâ exceptione.

Præmitto secundò, quæstionem hanc, an N. in casu extremæ necessitatis propriæ, aut 43. alienæ liceat praticare aliquam ex damnatis, ut scandalosis, esse valde affinem illi, quæ à Theologis 1. 2. ubi de *Legibus*, agitur, an Deus, vel homo dispensare possit in jure naturæ, in septem præceptis secundæ Tabulæ, seu quæ ordinatur ad proximum; nam in tribus primæ Tabulæ, quæ respiciunt Deum, non posse Deum dispensare, est certum



Ocha. certum Theologis contra Ochamum in 2.  
 Gerfon. *qu. 19.* Gerfonem, & alios paucos, quos ci-  
 P. Suar. tat P. Suar. *d. 2. de Legibus cap. 15. n. 3.* Dixi,  
 esse valde affinem; sicut enim, si Deus dis-  
 pensare potest, actus jure naturæ vetitus erit  
 licitus, ex. gr. furtum, homicidium, fornicatio;  
 ita si extrema necessitas est causa iustifi-  
 cians practicandi declaratam, & damnatam,  
 ut scandalosam, licita erit praxis opinionis  
 intrinsecè scandalosæ. Ut autem Theologi  
 communissimè (contra Scotum in 3. *dist. 37.*  
 N. *qu. unica. n. 6.* asserentem duo prima præcep-  
 44. ta primæ Tabulæ esse à Deo indispensabilia;  
 esse autem dispensabilia quoad alia secundæ  
 Tabulæ, excepto illo, *Non falsum testimo-  
 nium dices*: & contra D. Bonav. in 1. *dist.*  
 D. Bo- 47. Navarrum, Canum, quos citat, & se-  
 navarr. quitur P. Sanchez *lib. 4. Moral. cap. 37. n. 5.*  
 Navarr. M. Can. & *lib. 8. de Matrim. d. 6. n. 5.* & iuo Scoto  
 P. Säch. adherit Herinx *tom. 2. d. 1. de Legibus qu. 6.*  
 Herinx, & multo magis Pontius *d. 25. qu. 3.* negant,  
 Pontius Deum, aut hominem posse dispensare direc-  
 S. Tho. tæ in jure naturæ: ita S. Th. 1. 2. *qu. 100.*  
 art. 8. & alij sine numero, quos citat, & se-  
 quitur P. Giballinus *lib. 3. cap. 3. qu. 3.* in-  
 P. Gib. ter quos melius præ cæteris P. Molina, P.  
 P. Mol. Valencia, P. Suar. *lib. 2. de Legib. cap. 15.*  
 P. Val. P. Salas *d. 5. de Legib. sect. 9.* M. Mart. de  
 P. Suar. Prado in Theol. Mor. *cap. 3. de Leg. qu. 2.*  
 P. Salas, Mart. de *§. 4. Domin. Soto in 4. dist. 33. qu. 2. pag.*  
 P. ad *mibi 219.* Maltrius in Theol. Mor. *d. 2. qu.*  
 M. Sot. 2. *art. 2.* distinguunt cum P. Valencia 1. 2.  
 Maltr. *d. 7. qu. 4. pun. 6.* P. Sanchez *lib. 8. de Ma-*  
 P. Sanc. *trim. disp. 1. n. 2.* distinguunt, inquam, du-  
 plicem dispensationem, aliam directam, &  
 propriè talem, aliam indirectam, & improp-  
 riè talem. Propria est relaxatio ab obliga-  
 tione legis; immutatâ omni penitus circum-  
 N. stantiâ, sub quâ lex obligabat. Impropria est,  
 45. quando removetur aliqua conditio, sub quâ  
 obligabat, & quâ remotâ non obligat: ex. gr.  
 si libereris à lege jejuniij stante omni circū-  
 stantiâ ætatis, sanitatis, & absentia impedi-  
 menti gravis, sub quibus lex jejuniij obligat,  
 est dispensatio propria: si libereris, quia in-  
 firmus, vel carens ætate, & non stantibus  
 ipsidem circumstantijs, est dispensatio improp-  
 N. ria. Ita dico accidere in nostro casu: si quis  
 46. damnatam, ut scandalosam, practicet, stan-  
 te omni circumstantiâ, sub quâ est scanda-  
 losa, practicabit propriè damnatam: si pra-  
 cticet damnatam, addito, vel dempto ali-  
 quo, quo addito, aut dempto, non manet  
 scandalosa, practicabit impropriè damna-  
 tam; eò enim ipso quod cessat esse scanda-  
 losa, non est damnata. Sicut enim inter obje-  
 D. Hier. cta, seu materiam, quam respicit lex natu-  
 S. Bona. ræ, quæ à S. Hieron. apud D. Bonav. in 2.

*Sent. dist. 3. art. 2. qu. 1. n. 1.* bellè vocatur *uxor*  
*adoleſcentiæ* juxta dictum Malachiæ 2. *Cuſto-*  
*diſte ſpiritum veſtrum, & uxorem adoleſcentiæ*  
*veſtræ*: alia ſunt, quæ quacumque circum-  
 Malac- ſtantiâ additâ, vel demptâ, manent ſemper  
 illicita, & lex naturæ reſpicit abſolute hæc  
 objecta, prohibendo illa pro omni circum-  
 ſtantiâ; talis ex. gr. eſt mendacium: alia ſunt  
 objecta, quæ lex naturæ reſpicit non abſo-  
 lute, ſed ut affecta tali circumſtantiâ; nam  
 præcit ut affecta tali circumſtantiâ ſunt ju-  
 re naturæ prohibita, & hæc ſunt tantum il-  
 licita, & vetita ſtante tali circumſtantiâ, qua-  
 le ex. gr. eſt furtum, quod vetatur tantum  
 quoutque non transferatur in te, ſive à Deo,  
 ſive ab homine, jus in talem rem; homici-  
 dium, quod vetatur tantum, ſi fiat propriâ  
 authoritate, & ſecluſo moderamine incul-  
 patæ tutelæ. Ita dico ego, quòd inter obje-  
 cta, quæ reſpicit Pontificum Decretum, ali-  
 qua ſunt abſolute, & pro omni circumſtan-  
 tia ſcandalosa, talis ex. gr. eſt pura reſtri-  
 ctio, eſt enim mendacium æquivalenter fal-  
 ſum; aliqua ſunt ſcandalosa tantum, ut affe-  
 cta tali circumſtantiâ, quâ præciſa, ſicut  
 non manent ſcandalosa, ita nec manent dam-  
 nata, nec declarata ſcandalosa; talis ex. gr.  
 eſt uſurpatio famuli in neceſſitate extrema;  
 tunc enim non eſt furtum; vel miniſtratio  
 Sacramenti ſub probabili opinione. Demum,  
 N. ſicut Theologi communiffimè negantes  
 48. Deum diſpensare poſſe, ne quidem in præ-  
 ceptis ſecundæ Tabulæ, quæ ſunt etiam de  
 jure naturæ, reſpondent paucis ita arguenti-  
 bus, nempe, Deus diſpenſavit in tertio,  
 abrogando poſt Chriſtum D. ſanctificati-  
 onem Sabbati; in quinto, præcipiendo Abra-  
 hamo occiſionem filij; in ſexto, tum in for-  
 nicatione præcipiendo Oſeg, ut accederet  
 ad mulierem fornicariam; tum in polyga-  
 miâ, permittendo Iſraelitis multitudinem  
 uxorum; in ſeptimo, præcipiendo Iſraelitis,  
 ut tollerent vaſa propria Ægyptiorum: ad  
 hæc, inquam, & ſimilia reſpondent, Deum  
 non diſpenſaſſe propriè in lege naturæ, quaſi  
 permiferit, ut ſtante omni circumſtantiâ, ſub  
 quâ tale objectum erat jure naturæ vetitum,  
 permiferit, inquam, oppoſitum; ſed tan-  
 tum diſpenſavit impropriè, quatenus addi-  
 dit, aut abſtulit circumſtantiam ab objecto,  
 quâ additâ, vel ablatâ, non eſt amplius jure  
 naturæ vetitum, atque adeo dicunt in nullo  
 caſu, ſtante omni circumſtantiâ, ſub quâ ob-  
 jectum eſt jure naturæ vetitum, fuiſſe licitum,  
 ſed tantum fuiſſe licitum, ſublata, aut addi-  
 ta aliqua, quâ additâ vel ſublata, non eſt ju-  
 re naturæ vetitum: ex. gr. quando Deus  
 præcepit Abraham, ut filium immolaret, non  
 id juſſit



id iussit tamquam legislator dispensans super homicidium, sed tamquam Dominus vite, & mortis humanæ, tradens Patri Isaac occidendum, sicut quis tradere potest suum pecus, ut optime dixit Soto *l.e.* & antequam preciperet Ofeg fornicationem, transtulit in Ofcam jus ad talem mulierem, quo jure in Ofcam translato fornicatio non est jure nature vetita; nam est tantum Ofeg jure nature vetita, non translato ad corpus talis mulieris in Ofcam jure. Similiter polygamia est tantum jure nature vetita, remota necessitate generis humani, non autem stante multiplicationis necessitate. Rursus furtum erat jure nature vetitum Israelitis, dato, quod non haberent jus in vasa Aegyptiorum, non autem transferente Deo in Israelitas jus in eadem vasa, & consequenter nunquam verum est, licitam esse in nullo casu actionem jure nature vetitam, stante omni circumstantia, sub qua est vetita, sed est licita tantum, sublata, aut addita aliqua, qua addita, aut sublata, non est jure nature vetita. Ita dico ego, quod stante omni circumstantia, sub qua opinio damnata, ut scandalosa, manet scandalosa, pro nullo casu est licita ejus praxis; addita autem, vel sublata aliqua, qua addita, aut sublata, non manet scandalosa, licet ejus praxis: attamen non ideo inferitur, licitum esse practicare scandalosam, sed tantum inferitur, licitum esse practicare opinionem, que antea erat, nunc autem non est, ob aliquam circumstantiam additam, aut deceptam, amplius scandalosa: ex gr. qui praticat, ut licitam, ministracionem Sacramenti juxta opinionem probabilem de valore materie, tutiore non presente, ut accidit in casu necessitatis, non praticat scandalosam, immo praticat non scandalosam, nam damnata, ut scandalosa, non est hæc, *Non est illicita consecutio Sacramenti secundum opinionem probabilem, non presente tutiori; sed hæc, Non est illicita consecutio Sacramenti secundum opinionem probabilem, relicta tutiori.* Nisi igitur Torrec. & si quis alius ei adhereret, (solum enim quantum vidi de hoc dubitavit) probet licitam esse in casu extreme necessitatis proprie, aut aliene praxim alicujus ex declaratis, & damnatis, ut scandalosis, *sumptis, ut jacent*, seu nullatenus damnata mutata, & retenta, stante etiam ea extrema necessitate, ratione scandali, ob quam est damnata, nihil probabit; quod enim amissa ratione scandali, & sumpta *aliter ac jacet*, aliqua ex damnatis praticari possit, hoc non erit praticare damnatam, nec scandalosam; immo erit praticare non damnatam, & non scandalosam; quod quidem non tantum li-

cet in extrema necessitate, sed etiam ea seclusa, immo aliquando tenebimur ad praxim. His positis,

Dico, in nullo omnino casu, qualicumque & quantumcumque gravissime necessitatis, licitam esse praxim ullius opinionis definite à Pontifice ex Cathedra, & ab eodem damnate, *tamquam scandalose, sumpte ut jacet.* Ita P. Card. tom. 4. disp. 4. cap. 7.

Probatur primò: Omnis damnata à Papà, N. ut scandalosa, sumpta, ut jacet, est definita scandalosa ex objecto, ut supra doctum, nam declaratur ad minimum tamquam scandalosa, & in praxi perniciofa; ita enim loquuntur uterque Alexander, & Innocentius: sed nullum definitum per infallibile judicium Pontificis, ut ex objecto sumptum, ut jacet, illicitum, potest, ut jacet, non esse scandalosum; si autem non potest non esse scandalosum, non potest non esse illicitum; & si non potest non esse illicitum, repugnat, ut sit licitum: ergo nulla opinio declarata à Pontifice, ut jacet, scandalosa, potest, stante etiam gravissima necessitate, esse licita, sumpta, ut jacet. Maior, & minor constat evidenter ex fufè dictis; consequentia autem est legitima. Confirmo: quia licet vetitum, ut scandalosum, posset in aliquo casu esse licitum, attamen declaratum scandalosum, ut jacet, posse esse licitum, repugnat; nisi velis, vel declarationem esse falsam, quod declarationi Pontificie repugnat; vel intrinsecè scandalosum, & illicitum, sumptum cum illis, per que constituitur illicitum, esse posse licitum, quod etiam repugnat. Hinc omnes paritates adductæ ab Adversario, sumpte à cæteris legibus Pontificijs, inutiles omnino sunt. Aliud enim est loqui de Decreto Pontificio legislativo simul, & declarativo, immò legislativo, quia declarativo; aliud loqui de Decreto Pontificio purè legislativo: ab hoc enim fieri potest exemptio propter easdem causas, propter quas DD. docent, nullam legem positivam vetantem aliquid ex se indifferens obligare, stante extrema necessitate, vel sublato fine, vel inducta legitima præscriptione; attamen à Decreto Pontificio declarativo, & legislativo, quia declarativo, in nullo casu exemptio dari potest; quia quod Papa per infallibile judicium declarat ex objecto scandalosum, sumptum ut jacet, pro nullo casu sumptum, ut jacet, declaratum ut scandalosum, potest non esse tale.

Secundò probatur: quia, juxta Adversarium, si opiniones essent declarate à Papà, ut falsæ, numquam licita esset praxis ullius, etiam stante extrema necessitate: sed per me omnes



omnes damnatæ à Papâ ut scandalosæ, sunt vel speculativè, vel practicè falsæ, juxta probabilitatem speculativam, aut practicam inclusam in damnatâ: ergo pro nullo casu erit licita praxis alicujus ex illis.

N. 55. Tertiò probatur: quia dum Adversarius dicit, licitam in extremâ necessitate esse praxim alicujus damnatæ ut scandalosæ, quæro, an talis necessitas tollat rationem scandalali, an relinquat propositionem, ut antea, scandalosam? Si tollit, contra primò; quia tunc non practicabitur scandalosa sumpta ut jacet, sed quæ erat, & nunc non est scandalosa. Contra secundò; quia tunc non tantùm extrema necessitas, sed qualibet circumstantia tollens ab objecto damnatæ rationem scandalali, erit causâ sufficiens practicandi damnatam: sicut autem Adversarius tunc dicit, vel non practicari tunc damnatam, & scandalosam, nam per eam circumstantiam additam, aut detractam tollitur ratio scandalali, sed practicabitur non damnata, & non scandalosa; ita ego hoc dico de extremâ necessitate, quæ si tollit rationem scandalali, non practicabitur scandalosa: vel si dicit practicari tunc damnatam, (præterquamquod malè omnino loquetur) dicam ego, non præsentem extremâ necessitate, sed præsentem qualibet aliâ circumstantiâ tollente rationem scandalali, licere praxim damnatæ ut scandalosæ. Si autem dicat extremam necessitatem non tollere rationem scandalali, inferam: ergo scandalosum, & illicitum potest, stante scandalo, & non licentiâ, esse licitum, quo nil magis chimæricum. Confirmo: quia Adversarius nullam ex damnatis assignare potest, quæ etiam stante extremâ necessitate, & sumptâ ut jacet, non sit scandalosa: fumo enim primam ex damnatis ab Innocentio, quam ille fumit;

N. 56. hæc ait: *Non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiori*: hujus praxim dicit Adversarius stante extremâ necessitate esse licitam; quæro, an stante eâ extremâ necessitate sit præsens alia materia tutior, an non? Si non est; ergo non practicatur damnata, nam damnata dicit, *licere ministratio-nem Sacramenti juxta opinionem probabilem de valore, relicta tutiori*; in nostro autem casu cum nulla materia tutior ad valorem requisita adsit, neque adest opinio tutior, cum non adsit objectum illius: ergo tunc tantùm practicatur ut licita ministratio Sacramenti juxta opinionem probabilem, non relicta, seu non præsentem tutiori: ergo non practicatur damnata, immò practicatur non damnata, & necessaria. Si est: ergo stante extre-

Innoc.  
XI.

mâ necessitate est licita ministratio Sacramenti secundum opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore; sed hoc dici non potest, nec Adversarius, aut ullus ab eo citatus hoc dicit; unice enim dicunt esse licitam materiam dubiam, & incertam, non præsentem materiâ certâ: ergo &c.

Quartò probatur: quia damnata est, *Li-N. cet ministratio Sacramenti secundum opinio-nem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiori*. Contradictoria damnata est, *Non licet ministratio Sacramenti secundum opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiori*: illa est certò scandalosa; hæc est certò non scandalosa. Jam sic: Propositio contradictoriè opposita damnatæ affirmativæ est negativa: sed propositio negativa vera absolute prolata, falsificat omnem contradictoriam affirmativam: ergo cum hæc propositio, *Non licet ministratio Sacramenti juxta opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiori*, sit negativa absolute vera, verum enim est non licere; implicat, ut hæc, *Licet in extremâ necessitate ministratio Sacramenti juxta opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiori*, sit vera; est enim affirmativa contrariè opposita negativæ veræ; duas autem contrarias esse simul veras, repugnat ex Dialecticâ. Confirmo juxta ferè omnes TT. Hæc propositiones, *Non furaberis, non occides, non fornicaberis*, sunt adeo absolute veræ, ut omnis opposita affirmativa sit falsa, adeoque falsum est dicere licitam esse in aliquâ circumstantiâ fornicationem, licitum esse in extremâ necessitate furtum, nam tunc talis actio non est furtum, furtum enim est usurpatio rei alienæ invito rationabiliter domino; in tali autem necessitate dominus nõ potest esse rationabiliter invitus: ergo talis usurpatio rei alienæ tunc non est furtum. Sicut igitur si quis diceret, *Licet in aliquâ circumstantiâ, quod est contra legem nature*, malè audiretur; nam apposita, vel demptâ tali circumstantiâ, eo ipso objectum non est amplius contra legem nature, & præcepta Decalogi sunt absolute vera, & numquam potest esse licitum, quod est contra legem nature; ita etiam malè audiretur à Theologis hæc propositio, *Licet in aliquo casu praticare declaratam à Papâ ex Cathedra ut scandalosam, & damnatam ut talem*; tum quia sæpe circumstantia tollit scandalum, & tunc non practicatur damnata; tum quia Pontifex declarat absolute non licere, & esse ex objecto scandalosum; tum quia declaratum, & damnatum, ut intrinsicè scandalosum, numquam potest esse licitum.

Quòd



Quod autem nullus ex Authoribus citatis faveat Torrec. ostendo. Primò enim Lumb. satis se explicat, dum dicit numquam cessare finem, propter quem à Papà damnatè fuerunt: ergo numquam erit licita praxis alicujus damnatè. Secundò Filgu. in Lucerna prop. 1. conclus. 3. apertè docet oppositum, ait enim: Quando circa Sacramenti valorem existunt diversè opiniones probabiles, quarum una est tutior, licet minus probabilis, non est licitum sequi probabiliorem, sed tutiorem propter periculum nullitatis Sacramenti, ac ipsius fructus, dummodo ad hoc gravis necessitas, & causa rationabilis non urgeat, tunc enim irreverentia, que alias Sacramento fit, cessat, & utilitas proximi spiritualis procuratur; ut cum deest aqua liquida, lixivio utimur ad baptizandum. Hec Filgu. Nota tò cum deest; eò autem ipso, quò deest, eò ipso non adest tutior. Idem dicit prop. 3. trahens exemplum urgentis Baptismi non presente nisi materià dubià. Tertio Hozes in *Explic. 1. damn. n. 3.* fiat evidenter pro contrario, cujus verba de Hispano in Latino transfero: Supponendum est, ait, tamquam certum, quod prohibitio non loquitur in casu necessitatis, in quo uti non potest minister materià certà: & adducit exemplum infantis non presente, nisi aquà rosacà, quà possit baptizari. Hos citat Torrec. Quòd autem illi non faveat P. Card. Card. est etiam certum, non tantum, quia docet omnem damnatam ut scandalosam esse certò falsam, sed etiam quia n. 5. ait: Certum est in casu urgentis necessitatis eligi posse ad praxim opinionem minus tutam, quoties opinio tutior non potest ad praxim deduci: ex.gr. si infante moribundo non inveniantur aqua naturalis, debet sub conditione baptizari in lixivio, si præsto sit. Rursus, quòd Diez de Prado non adhaereat, est etiam certum, quia utitur eà paritate infantis moribundi non presente aquà certà; quò etiam exemplo, & circumstantià absentis aquæ utitur Corella: ergo nullus ex citatis, sive à Torrec. sive à me, ei adhaeret. Adde, etsi omnes dicerent quòd Torrec. explicandi essent, esse licitam praxim damnatæ ut scandalosæ in extremà necessitate, immò etiam eà non presente, sed presente quolibet circumstantià, quoties per talem necessitatè, & talem circumstantiam ab objecto damnatè tollitur ratio scandali, quòd extra omne dubium est: at non ideo tunc practicabitur damnata, nec scandalosa, sed quæ antea erat, modo tamen nec est damnata, nec est scandalosa.

Ad primam rationem oppositam dixi in Tom. I.

casu instantis Baptismi, & non presente materià certà, licitam esse ministracionem in materià dubià; hoc tamen non est praticare damnatam, quia quòd non adest, non dicitur relinqui: ergo si materià tutior non adest, non relinquitur.

Ad secundam dico, non esse contra pietatem Ecclesiæ, ut velit numquam licere, quòd ex se est illicitum, quoties retinet rationem illiciti; quòd si adest aliquid tollens ab objecto rationem illiciti, poterit praticari, at non practicabitur illicitum, sed quòd fuit illicitum: quo modo dum dicitur, cæcus videt, tò cæcus ampliatur, seu, qui erat cæcus; ita hic, dum dicitur, praticatur illicitum, tò illicitum ampliatur, seu, quòd erat illicitum.

Ad tertiam patet ex dictis discrimen inter leges Pontificias prohibentes aliquid ex se inafferens, à quarum obligatione potest quis pluribus de causis liberari, & non tantum titulo extremæ necessitatis; & inter Decreta Pontificia declarativa simul, & legislativa, quorum prohibitio mittitur declarationi, & vetat aliquid, quia declaratur intrinsecè scandalosum; atque adeo non est malum, quia vetitum, sed vetitum, quia est, & declaratur esse malum; ab his nullus potest liberari: ut enim credo tale objectum sub circumstantià, sub quà est declaratum scandalosum, esse semper tale sub eadem circumstantià; ita retentà eadem circumstantià, prohibeor semper praticare illud. Sicut ergo nullus audebit dicere, quòd objectum declaratum à Papà scandalosum, possit declarari non scandalosum, ita neque dicere audeo, quòd objectum damnatum à Papà, quia scandalosum, possit non esse scandalosum. Quòd si dixerit posse non esse scandalosum, dicam quòd etiam eodem modo mutato objecto poterit Papa declarare non scandalosum: sicut autem Papa, si declararet non scandalosum, non haberet pro objecto suæ declarationis idem, ac dum declaravit scandalosum, sed aliud non scandalosum; ita dico, quòd praticans objectum non scandalosum, non haberet pro objecto idem, ac dum practicavit scandalosum. Hæc instantia de declaratione Pape benè penetrata explicat nostram mentem.

Ad quartam dico, numquam cessare posse finem prohibitionis, nisi cesset ratio scandali, quæ est etiam finis declarationis. Neque intento servit, etsi quis sequatur sententiam affirmantem, quòd cessante fine legis in particulari, cesset eò ipso pro eo particulari lex: quam sententiam fuscè defendit Caram. lib. 1. Theolog. Fund. a n. 636. Caram.

H

pag.



Navar. pag. 214. citans Navarrum, Dianam, Grana-  
Diana, dio, Hurtado de Mendoza, sive negantem  
Grana. cum M. de Prado cap. 3. de Leg. qu. 12. &  
Merd. Mastr. qu. 6. art. 5. cum plerique T.T. nil,  
M. Mar- inquam, prodest, quia in nostro casu num-  
tin. quam cedit finis. Potest autem in legibus  
Mastr. prohibentibus aliquid indifferens, & non  
declarativis objecti ex se mali, cessare aliunde  
de finis, vel quia legislator tollat legem, vel  
quia præponderat aliud bonum, vel quia  
puræ leges humanæ, ceteri Pontificæ, cum  
non sint instituta in perniciem, sed in salu-  
tem, non obligant in extrema necessitate, &  
quoties adicit gravissima difficultas.

Ad confirmationem videri potest P.  
N. Moya, qui optime probat abolitionem de-  
63. claratam pro omni casu illicitam, esse inva-  
P. Moy. lidam; quod etiam præstat M. Mart. de Pa-  
M. Mar. nit. in Tr. de Confess. Sacramentali qu. 3.  
dub. 1. §. 3. pag. mihi 664. Adde nihil contra-  
re nobis; vel enim est illicita, quia vetita,  
vel vetita, quia declarata ex se illicita? Si  
primum, nil contra me: si secundum, dico,  
ut dicunt ferè omnes, etiam intente pericu-  
lo salutis æternæ non posse Confessionarium  
confitem de dolore penitentis imperium  
penitentis absenti abolitionem, quamvis  
non imperit in æternum periturus; quia  
talis absolutio declarata est a Papa ex se il-  
licita, adeoque pro omni casu illicita. Hinc  
nostra sententia dicta paritate potius firma-  
tur, quam infirmetur. Lege P. Moyam, à  
quo plus doctrinæ hauries, vel in una tan-  
tum quæstione, quam ab integra alicujus  
disputatione.

Ad aliam confirmationem dico, quòd tò  
N. pro nunc, aut interea, non significat legem,  
64. seu declarationem Papæ, utpotè infallibi-  
lem, non esse æternam, est enim æterna;  
sed significat, quòd si detur casus, ut tolla-  
tur ab illis scandalum, tunc non erunt dam-  
nata. Ita si Papa det de novo Mendicanti-  
bus privilegiū, ut possint absolvere ab omni  
casu Episcopis reservato, (de quo fuit tra-  
ctat M. Passerinus 2. 2. qu. 187. tom. 2. à n.  
M. Pass. 122. & fufius à n. 364.) tolleret à damnata  
scandalum, quod nunc est intrinsecum dam-  
nata; opinio enim asserens Mendicantes  
posse absolvere à casibus reservatis ab Epif-  
copis, est intrinsecè scandalosa. Lege P. de  
la Fuente disp. 1. n. 23. & qu. 15. & 16. per  
F. de la totam, & n. 117. & nos alibi.

F. de la  
Fuente.

An, ut propositiones damnatae impunè doceantur,  
aut impunè practicentur, satis sit, ut su-  
mantur aliter, ac jacent?

## SUMMARIUM.

Ratio dubitandi, n. 65.  
Dignissima M. Godoy animadversio pro damna-  
tarum Interpretibus, n. 66.  
Ut damnata sine excommunicatione doceri possit,  
necessaria, & satis mutatio, quæ rationem  
scandalis aut heresis, ob quam damnata est,  
amittat, n. 67.  
Ut sine culpa practicetur, non satis ut amittat  
id, ob quod damnata est, seu necepe, ut nul-  
lam aliam acquirat, immo ut certo solida rati-  
one probetur, n. 69.  
Docens damnatam magis scandalosam, an in-  
curreret excommunicationem? n. 70 ad 74.  
Ut opinio sit morum regula, non satis, ut scandalo-  
sa, non sit; necepe ut sit certo probabilis,  
n. 72.  
Practicans scandalosam peccaret in jus nature,  
& Pontificum, ibid.  
Nullam incurrit censuram laborans invincibili  
ignorantia, n. 75.  
An laborans ignorantia invincibili incurrat pœ-  
nas? ibid.  
Laborans vincibili utrasque incurrit, ibid.

Hanc quæstionem nullus, quem vide-  
rim, sive ex illis, qui damnatas ab  
N. utroque Alexandro, sive qui damnatas ab  
65. Innocentio explicant, in disputationem vo-  
cat, cum tamen, me iudice, sit omnium  
pernecessaria. Vel enim, ne incurratur ex-  
communicatio intimata docentibus damna-  
tas, satis est, ut sumantur aliter, ac jacent,  
ita ut satis sit quælibet mutatio, vel non?  
Non primum, ut constabit; ergo secun-  
dum: si autem secundum, eò ipso assignari  
debet, quanta mutatio necessaria, & satis sit  
ad hoc, ut à docentibus non incurratur ex-  
communicatio. Idem dico de practicanti-  
bus, assignanda enim erit quæ, & quanta  
mutatio necessaria, & satis sit, ut à practi-  
cantibus non incurratur culpa mortalis. Di-  
xi hanc quæstionem à nullo agitari; nam P.  
Arsdekin tom. 2. qu. 3. pag. 60. præcisè ait, P. Ars-  
quod sicut satis esse potest una particula vi-  
tiosa, ut prohibeatur, ita etiam, aliqua ad-  
jecta, omnia, aut limitata, fieri potest, ut  
eadem damnata sit tota à se, vel à prohibi-  
tis diverfa.

Sed antequam progrediar, tradere volo N.  
animadversionem maximè tenendam ab  
66. illis,